Fragmentarium

13

[illegible] nominis tua
[illegible] fonte
bapt[illegible] ita sic fi
des [illegible] ad
[illegible] Lc. act. apo.
In diebus illis. Angelus
domini locutus est ad
phylippum dicens. Sur
ge et vade contra meridia
num ad viam que descen
dit ab ierusalem in gaça. hec
est deserta. Et surgens abiit.
Et ecce vir ethyops eu
nuchus potens candacis
regine ethyopum: qui
erat super omnes gaças
eius. venerat adorare in
ierusalem et revertebatur sedens
super currum suum. le
gensque ysaiam prophetam.
Dixit autem spiritus phylippo.
Accede et adiunge te ad
currum istum. Accurrens
autem phylippus audivit
illum legentem ysaiam pro
phetam et dixit. Putasne
intelligis que legis? Qui
ait. Et quomodo possum intel
ligere. si aliquis non oste
nderit michi? Rogavitque
phylippum ut ascende
ret et sederet secum. Locus
autem scripture quam lege
bat. hic erat. Tamquam
ovis ad occisionem ductus
est. et sicut agnus coram
tondente se sine voce. sic
non aperuit os suum. In
humilitate iudicium eius
sublatum est. Generationem
eius quis enarrabit? Quoniam
tolletur de terra vita eius.
Respondens autem eunuchus
phylippo dixit. Obsecro
te de quo propheta dicit
hoc. de se an de alio aliquo?
Aperiens autem phylippus os
suum et incipiens a scriptu
ra ista: evangelizavit
illi ihesum. Et dum irent per
viam. venerunt ad quamdam
aquam. Et ait eunuchus.
Ecce aqua. Quid prohibet
me baptizari? Dixit autem
phylippus. Si credis ex
toto corde licet. Et re

SALA BREVENTANI

License: cc-by – Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Raccolta Breventani, scansia H1, cart. I, 13, c.1r – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-w12p/3383/35777)